

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Serpens. Anima & corpus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

ERUDITISSIMI VIRI
HIEROGLYPHICORUM COMMENTA-
RIORUM LIBER SECUNDUS, EA CONTINENS
quæ per Serpentem, Cerberum, Felem, Vitulum, Capricornum, Cancerum, Aqui-
lam, Craterem, Lyram, Arcum, Nodum, Catenam, Quinarium numerum, Penta-
gonum, Pyramidem, Cubum, Octaedrum, Isocaedrum, Papaver, Iridem, Hy-
acinthum, Narcissum, Hysopum, Myrtum, Salicem, Cedrum, Pal-
mam, & alia hujusmodi significantur.

AD THEODORUM ZVNGGERUM PHILOSOPHUM
ET MEDICUM PRÆSTANTISSIMUM.

ALTERAM hanc mysticarum imaginum Partem, quam cum superiore Valerianis
quasi racemationem quamdam Divinis Commentariis adjecimus, tibi (doctissime
Zvngere) donare atque in tuo nomine edere statui: non quidem quod tuae fama a-
liquid scriptis meis ornamenti adiudicare posse sperarem, quam tu ingenii tui magnitu-
dine, atque illustribus monumentis, quibus rem literariam promoves, ab aliis illu-
strari non pateris: sed ut & hi mei labores nomini tuo inscripti, plus authoritatis in-
veniant, & tu aliquid mea in te obseruantie indicium habeas; tenue quidem illud ac rude, longeque, im-
parius quibus tu nos ornare soles, sed ex candido in te animo profectum, & tali qui libentius, si posset, ma-
jora digniora, tibi commendaret. Sed tu humanitatis erit, mentem non minus spectare. Quod si se-
cens, & ingenii ac prudenter tuae acuminis, ad intimos animi mei sensus penetraveris, tantite hoc factu-
rum non dubito, quanti regium aliquid munus, & quemadmodum me amare jam dudum ceperisti, sic
hunc meum immaturum fixum fovendum suscipies. Quod quoniam mibi certo polliceor, plura non
C addam. Vale. Basil. xiv. Kal. Sext. M. D. LXVII.

SERPENS.

ANIMA ET CORPUS. CAP. I.

BACILLUM, cui Serpens circumvolutus est, non modo apud Hebraeos, & in Sacris literis, in quibus
legimus Serpentis in cruce positi aspectu populum Iraelis à morte liberatum fuisse: verum et-
iam apud Ägyptios & Romanos anima atque corporis salutare symbolum fuit. Nam cum cæterae o-
mnia reptilia crassiora & magisteriae sint substantiae, Serpentem spiritus & vita tenacissimum ani-
male esse constat, quod & imbecillitatem corporis exuat, & ad medicinam utilissimum sit. & ad acuen-
dum vilum herbam invenisse, nec non ad scelz in vitam revocandum quamdam herbam cognoscere
traditur. Et cum Romani oraculo admoniti, Epidaurum mississent ad Äsculapium, quem medicina
D & salutis Deum existimabant, accerendum, Serpentem Romam adixerunt.

Num cap.

21. vñf. 9.

Serpens

proprietate

et Plin. lib.

8. e. 27. ope

Janiculus

Plin. e. 12. l.

18. & pas-

sim abb.

Marathrū.

Val Max.

l 1. e. 9. L i-

vis lib. 10

11.

Quidam

pro terra,

unde car-

nivorum di-

bus, alijs per

avaritia

ponunt.

Cerber: bi-

oglyphica

significatio.

Vide Pier. I.

3. ibi, proles

maiestula,

judicio

B b b b b ;

TRES COELI REGIONES, VEL TRIPLEX
DEI POTESTAS. CAP. II.

VETERES trestantum cœli regiones faciebant: nempe Ortum, Oceasum, & Meridiem: nam
in Septentrione inferos putabant esse, propterea quod Sol numquam eo perveniat: quemad-
modum & Sacra litera A quilonem interdum accipiunt, & impios ad sinistram à Deo in extremo illo
Bbbb; 3. iudicio maestula,